… pem. Dux indig…
c… os opprimet per calumpni…
Qui … odit avariciam: longi fient
dies e…s. Hominem qui calumpniatur
anime sanguinem: si usque ad lacum fu…
rit nemo sustinet. Qui ambulat simpli…
citer: salvus erit. Qui perversis ingreditur
viis: concidet semel. Qui operatur terram
suam: saturabitur panibus. Qui sectatur
ocium: replebitur egestate. Vir fidelis
multum laudabitur. Qui autem festinat
ditari: non erit innocens. Qui cognosc…
in iudicio faciem: non facit bene. Iste et
pro bucella panis: deserit veritatem. Vir
qui festinat ditari et aliis invidet: igno…
rat quod egestas superveniat ei. Qui corri…
pit hominem: gratiam postea inveniet ap…
eum: magis quam ille qui per lingue bla…
dimenta decipit. Qui subtrahit aliquid
a patre suo et a matre. et dicit hoc non …
peccatum: particeps homicide est. Qui …
iactat et dilatat: iurgia concitat. Qui
sperat in domino: sanabitur. Qui confi…
dit in corde suo: stultus est. Qui autem g…
tur sapienter: iste laudabitur [vel salvabitur]. Qui dat
pauperi: non indigebit. Qui despicit dep…
cantem: sustinebit penuriam. Et cum
surrexerint impii. abscondentur homine…
Cum illi perierint: multiplicabuntur iust…
·XXIX· Viro qui corripientem dura cervice con…
temnit. repentinus superveniet interitus
et eum sanitas non sequitur. In multipli…
catione iustorum letabitur vulgus: cum
impii sumpserint principatum: gemet
populus. Vir qui amat sapientiam: leti…
ficat patrem suum. Qui autem nutrit scor…
ta: perdit substantiam [suam]. Rex iustus eriget
terram: vir avarus destruet eam. Hom…
qui blandis fictisque sermonibus loquitur am…
suo: rete expandit pedibus [gressibus] eius. Pecc…

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/115, Fol. [1]v – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-dl6w/6748/56617)